

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon  
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1611**

Med. 12. De deceptione, & grauißimis incommodis, quæ ex mortis  
obliuione proueniant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

## MEDITATIO XII.

*QVA RATIONE  
deceptionibus, & grauissimis  
incommodis, quæ ex mortis  
oblinione proficiscuntur,  
occurrendum sit.*

Parabola  
dicitur a  
uari.

a Luc. 12. 19.

**M**EDITATIO hac versatur circa Parabolam Christi de DIVITE illo auaro, qui copiosis agrorum & possessionum suarum prouetibus collectus, intra semetipsum horreasua dilatare, omnesq; fructus in eis recedere, & multos in annos adseruare meditabatur, atque anima sua aiebat. a Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus; stulte hac nocte repetent animam tuam a te: quæ autem parasti, cuius erunt? Dives hic, mortuus adiutor immemor, & parvū sollicitus, eos refert, qui insimili degunt oblinione, cum praesertim opulentis sani, & iuuenes sunt: quam lucet mihi ipsi applicare eo, qui sequitur modo.

P V N C T V M L.

**P**RIMVM considerabo mecum tres maximas deceptiones, quas mortis oblioio secum adfert: propter quas Deus divitem hunc stultum appellauit

PRI

PRIMA est, quod promittam mihi plures annos, vitamq; diuturnam; quidq; tota ea facturus sim, certe definiam; quasi hoc a mea duntaxat, & non a Dei voluntate dependeret, qui forsitan decreuit, eadem die vel nocte mihi vitam adimere, quam ego, longissimam adhuc futuram, cogito: qua ratione omnes machinas meas euertes, quam parum firmæ illæ sint, facile ostendit: ut merito propere illis S. Iacobi Apostoli verbis me ipsum increpem: Quomodo dicere audes: b Hodie aut crastino ibo in b Jacob 4. illam ciuitatem, & faciam ibi quidem annum; <sup>130</sup> & mercabor, & lucru faciam: qui ignoras, quid erit in crastino? Quæ enim est vita tua? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Nonne melius dices. Si Dominus voluerit, & si vixero, faciam hoc, aut illud. Si enim aliter Deus disposuit, facile te deceptum deprehendes.

ALTERA deceptio est, quod pollicear mihi non modò vitam diuturnam, verum etiam sanitatem, vires, & perfectam in bonis possessis voluptatem; quodque nunquam illa mihi defectura, sed usque ad extremum spiritum mecum perduratura sint. Quare si non verbis, reipsa tamen animæ meæ dicere videor. Requiesce, comedere, bibere, epulare: nihil enim tibi earum rerum, quæ ad voluptatem pertinent, unquam deerit: quæ deceptio grauissima, & periculosisima est, cum omnia haec a Deo dependant, qui bonis hisce terrenis, ante ultimum vitae terminum me dispoliare valet: aut certe

## II.

certè, si ea relinquat, statuet (quod Ecclesiastes ait) ut cunctis diebus vita mea comedam in tenebris, & in curis multis, & in erumna atque tristitia.

## III.

TERTIA fallacia est, quod hac ratione addet negligenter de his, quae ad futuram vitam necessaria sunt, mihi prouideam, quasi alia præter hanc, vita nulla supereisset. Atque hec fuit maxima duluitis huius stultitia, quod cum animæ suæ de omnibus bonis ad temporaneam hanc vitam, commode transfigendam necessarijs abunde prospexit; eidem tamen de bonis ad sempiternam, & immortalē vitā pertinentibus haudquaquam prouiderit: propter quod cogetur infoelix anima, quae in miserabilis hac vita comessationibus, potationibus, alijsque corporis voluptatibus se expleuit; perpetuam in altera famem & sitim, & nunquam finiendas miseras tolerare. Examnabo itaque, num anima mea ab his tribus fallacijs circumuenta sit: ideoque illam, contrà, quam diues ille fecerit, exhortabor. Ne tibi, anima mea, plurimos annos pollicaris cum nescias, an vel diem presentem euades;

d Prok. 27.1

audi sapientem: b Ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superuenientia pariat dies. Nete otio, quietique tradideris, sed labori; neque conuiuijs, & comessationibus, sed ieiunijs, & lachrymis. Sit tibi curæ vita illa, quae te expectat, æterna: quia e nec opus nec ratio erit apud inferos: nec post mortem ullus amplius superest locus, quietem, & societatem illam omni suo

e Eul. 9.10.

ni tuo duraturam promiserendi. O Deus aeternus, per infinitam bonitatem tuam supplex, me ab hisce fallacijs, & deceptionibus defende, priusquam mors me illis inuoluat. Extimula tu animam meam, & ad opera tibi grata exhortare; ut deinceps magis ac magis evitent omnia, quæcunque tibi possunt displace.

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDÒ, perpendam in eum in gentia detimenta, quæ illos in morte cole quentur, qui fallacijs huiuscemodi fuerint circumuenti; quæ ex verbis, quibus Deus Divitem illum allocutus est, eruam. *Stulte*, inquit, *hic nocte animam tuam repetent à te*, & *qua preparasti, cuius erant?* Quibus quatuor grauissima damna continentur, propter quæ meritò Regius propheta affirmat, a *pessimam esse mortem peccatorum*,

Primum detrimentum est: quod in infiditia & stultitia sua moriantur: nec prius illam agnoscant, quam desperatum sit remedium: nam vel tempestiuè vel tardè, mali & quæ ac boni, fallacias hasce aduertunt: modo rāmen valde diuerso, mali enim in deceptione, & ignorancia sua ad mortē usque permanentes, tunc primum tormentorum, & misericordiarum, quas patiuntur, experientiā, eos errores atq; deceptio- nes aduertunt, in quibus vixerunt; ideoque, tanquā è profundo somno excitati, seipsoſ (vrat Sapiens) b *insensatos*, id est mentis, & iudicij expertes pronunciant: Boni verò in præ-

a Psal. 33.

22.

I.

STULTE,

b Sap. 5. 4.

Part. I.

I

fenti

senti vita ab hisce fallacijs, lumine fidei edotti, se expediunt; atque ad mortem, priusquam illa veniat, conuenientibus exercitijs disponunt. Quapropter, anima mea, ut ab hisce temptationibus expediatis, lumen hoc diuinum, veluti magistrum sequere, quod fraudes istas tempestiuè tibi retegat; nisi malis, experientia æternarum misericordiarum hanc tibi lucem præferre: Atque ex alienis periculis damnisque experientiam sume, priusquam in caput tuum illa recidant.

## II.

HAC No-  
C T B.

c Matt. 8.32.

d Isai. 38.1.

4. Reg. 20.1

SECUNDVM damnum est, mori de nocte; morte videlicet subitanea, & festinanti, ac dum in flagrati, ut dicitur, delicto sunt: Quia saepenumero Deus, dum illi integra utitur sanitatem, nihilque sibi deesse (sicut infelix ille diues) existimant, mortis sententiam eis promulgat; quam è vestigio exequitur: ut miseri à nocte temporanea ad æternam, & ab interioribus animi tenebris ad exteriores, quæ sunt inferni miseri trahant. Hoc timore plenus, ex intimes animi medullis Deum precabor, ut me ita præmoneat, ut sufficiens ad præparationem mihi tempus supersit: quemadmodum fecit Ezechiel Regi, quæ per Isaiam Prophetam præmonens.

d. Diphone, inquit, domini tua, qui a morieris tu, & non viues. Nec tam ad id expectandum sunt mihi cœlestes reuelationes, sed Isaiæ mihi loco sufficiet fidei, & rationis lumen; diuina inspiratio; experientia aliorum morientium; grauis infirmitas me opprimens & medici, periculum denunciantis, admonitio. Denique, cum nullū

vitæ

vitæ diem certum habeam, sed in unoquoque  
metuenda, & expectanda mihi sit mors, pru-  
dentia erit, animo fingere, Deum hodie mihi  
dicentem: Dispone hodie negotia animæ tuæ,  
quia fieri potest, ut crastina luce mortem  
obeas: Atque admonitioni huic statim pa-  
rebo.

**T E R T I U M** damnum est, mori coactos, III.  
quia ab inuitis, & repugnantibus per vim ani-  
ma repetitur. In quo differentiam licebit R E P E-  
cernere, inter iustos ab omni huiuscemodi de- TENT.  
ceptione liberos, & peccatores multis frau-  
dibus, & fallacijs circumuentos; quia iusti  
lubentes, ac volentes ad mortem se offe-  
runt, quamprimum Deus ad alteram vitam  
eos euocat; imò ei cum e Dauide dicunt: *duc e* Psal. 141. 8  
*de custodia animam meam, ad confitendum no-*  
*mini tuo DOMINE, &c.* f In manus tuas com. f Psal. 30. 6:  
*mendo spiritum meum, redemisti me Domine*  
**D E V S veritatis.** Et quamvis illorum na-  
tura mortem nonnihil refugiat, contra il-  
lam tamen adeò præualet gratia, vt Deo ani-  
mas ab eis repetenti, è vestigio & magna cum  
resignatione illas tradant. Contrà verò ma-  
li mortem horrent, & magna animi impa-  
tientia illam tolerant: ideoque de illis di-  
citur, quòd diuinæ iustitiae ministri Dæmo-  
nes, illorum animas repetent, & contra vo-  
luntatem ab illis extrahent. O D E V S æter-  
ne, concede mihi ab omnibus præsentis vitæ  
rebus ita expeditum viuere, ut opus nō sit ani-  
mam meam violenter ab eis auelli. Repete

illam quandocunq; tibi placebit, quia paratus  
sum lubenti, & gaudenti animo, quocunq; die  
illam postulaueris, tibi restituere.

## P V N C T V M III.

**T**ERTIÒ, diligenter expendam, quam sit  
terribilis, & metuenda illa Dei inter-  
rogatio, ea quæ parasti, cuius erunt? In  
qua detrimentum ultimum proponitur eo; u.  
qui mortis suæ oblieti, nullam de ea curam, &  
cogitationem suscipiunt: quod inopinatò ni-  
mirum, & repente, magnaque cum animi illo-  
rum molestia à bonis, quæ possidebant, auel-  
lendi sint, adeò ut nec illis perfrui, neque de il-  
lis disponere, neq; ad quorum manus peruen-  
tura sint scire, valeat; hoc est enim dicere: quis  
autem parasti, cuius erunt? Cuus erit domi-  
lium, in quo degis? Lectulus, in quo somnum  
cabis? Vestimenta pretiosissima, quibus cir-  
cumdaris? Cuius auri argentiq; thesauri, quos  
in arcis tuis inclusos adseruas? Cuius ministri,  
qui modo tibi famulantur? amici, qui te oble-  
stant? officia, & dignitates, ob quas in omniū  
ore atque estimatione versaris? O te miserum,  
a Psal 58. 7. & infelicem, qui a thesaurizas, ignorans cui es  
congreges. Quandoquidem infelix anima tua,  
pro qua ista congregasti, illis deinceps vti non  
valebit.

Eadem interrogatione meipsum perconta-  
bor, & qualia bonorum genera in præsenti vi-  
ta mihi thesaurizauerim, examinans, dicam:  
Bona, quæ in vita hac congregasti, cuius crunc-

pebi

post mortem? Nunquid erunt illa animæ tuæ?  
 an verò b *hæredus, quem ignoras?* si temporalia  
 sunt, certum est, ea tua non futura: nam diues  
 moriens nihil secum auferet, c *neq; descendet*  
*cum eo gloria eius:* si spiritualia, vircutum, &  
 sanctorum operum bona sunt, illa verò tuae  
 erunt, d *opera enim illorum iustorum, cum mo-*  
*riuntur, sequuntur illos;* nec deserent, quoad eos  
 in gloriæ throno collocent. Quamobrem, ani-  
 ma mea, stude, ut talia tibi bona congreges,  
 quæ omni tempore in vita, & morte, sint tua,  
 & quibus te nemo spoliare valeat.

AD INSTAR interrogationis huius, simi-  
 lem quoque aliam mihi in ipsi proponam, &  
 dicam: Anima ipsa, quæ modo in corpore isto  
 degit, cuius erit post mortem? num Dei, an  
 dæmonis? num Christi, qui sanguine suo illam  
 redemit, an Sathanæ, cui illa se sponte subie-  
 cit? Si mortifero scelere me obstrinxi, & im-  
 pœnitens morior, nullum est dubium quin dia-  
 boli ea futura sit; qui eam in hora mortis à me  
 repetet, atque auerteret: quia ipsis est propter  
 culpam; si autem in gratia Dei vivo, atque in  
 illa ad finem usq; perseverero, erit Dei, qui tum  
 aderit, ut illam secum in Regnum, & gloriam  
 suam abducat. Quapropter age modò pœni-  
 tentiam, pro sceleribus tuis, vt e Princeps te-  
 nebrarum, & huius mundi hodie ad te veniens,  
 nihil in anima tua, quod suum sit inueniens, il-  
 lam deserat. O Rex cœli & terræ! tuus sum er-  
 go, saluum me fac: tua est anima mea, quia illam  
 condidisti: tua quoniam redemisti; sit, quæso,

b *Eccl. 2.19.*c *Psal. 48.*

18.

d *Apoc. 14.*

13.

e *Ioan. 14.*

30.

f *Psal. 118.*

94.

etiam tua per gratiam sanctificata, & in sempernum tua permaneat, æternæ gloriæ præmio coronata. Amen.

## PUNCTVM IV.

**P**ro conclusione, & confirmatione eorum, quæ in tribus hisce punctis dicta sunt, considerabo terribile quoddam exemplum prædictorū in Rege Balthasarō, qui coniuijs, & comedationibus cum Satrapis suis indulgens, vidi de repente manum quandam verba hæc in pariete describentem. a Matthecel Phares. Quæ verba Daniel hoc pacto est interpretatus. *Mane: numeravit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares: Divisum est regnum tuum, & datum est Media, & Persis.* Quæ omnia eadē nocte, ipso miserabiliter interempto, completa fuerunt. Hæc omnia mihi ipsi accommodare licet, si similis me occupat æternæ salutis obliuio: famaque animo, venturam aliquando ex tempore diem, siue noctem quandam, in qua Deus omnipotentiæ suæ digitis in conscientia mea pariete sententiam horum trium verborū describat. Quorum PRIMVM erit: b *Numeravit Deus dies vita tuæ, illos nimirum, quibus regno, substantiâ, diuinijs, honoribus, & officiis tuis fruiturus sis, qui completi iam sunt, nam hodierna dies erit vita tuæ nouissima.*

I. *b Iob. 14.5.* SECUNDVM erit: appensus es in statera, c *Apoc. 3.2.* examinatis diligenter vniuersis, & singulis

Operi,

*Operibus tuis; & non sunt inuenta plena, sed  
mutila valde, & manca; eo quod tuis obliga-  
tionibus non satisficeris.*

*TERTIUM erit: diuisum est regnum tuum:  
quia abstulit a te Deus regnum, substantiam,  
dignitates, & bona, quae possidebas; atque trans-  
stulit ea in hostes tuos, vel extraneos, & alios,  
qui illis perfruentur. Diuisit quoque corpus, &  
animam tuam, & illud quidem veribus in  
escam, hanc verò dæmonibus (qui eam excar-  
nificabunt) in prædam tradidit.*

*Atque eadē ipsa hora, qua sententia hæc  
pronunciatur, nullo resistente, mandabitur ex-  
ecutioni. O quales tunc angustiae, & tremores  
me occupabunt: multò sanè acerbiores illis,  
quos Rex Balthasar sensit. O quales clamores,  
lamentationes, turbationes, & mortis angores  
affligen pauperem, & infelicem animam meam,  
tanto maiori tormento; quanto maior fuit il-  
lius ignavia, & oblitio. Recordare mei, Do-  
mine, propter immensam bonitatem, & miser-  
icordiam tuā; atque in anima mea, horū triū  
verborum sententiam adeo fortiter imprime;  
ut memor sim supputationis dierum meorum;  
& finis, quo illi terminandi sunt; quod tanta so-  
licitudine vitam transfigam, ut in die iudicij,  
quando me in statera tua appenderis, non in-  
ueniar mutilus, & mancus; sed plenus, & in-  
teger in cunctis actionibus meis; & quam-  
uis me dimidas, & transferas regnum  
terræ, non tamen a cœlesti regno  
tuo me excludas. Amen.*

## III.